fuerunt in dominacionem [a] iudicandi tote civitates Italie [b] Constantinopolitani imperatoris [c]; item similiter subiugavit in Francorum regum potestate, per pactum autem firmamenti retinnens illis honore consuli imperiali, que sunt patricium et prefectum [d] Romanorum. predia [e] autem Veneti dux et ad omnes antiquiores Veneticorum, que ad illorum per totam Italiam per castros et civitates pertinenciis erat, que ad illo [f] iuste pertinebat, patuavit se dux cum omnes antiquiores illis Veneticis, cuius predia pertinebat, pro defensione ad iste Karolum Magnum, Francorum et Gallie rex et Italie [g], per pactum precepti firmatum [h], ut censum pro pensionis in omnique anno precessum est ad ipsis antiquiores, cuius pertinendum est et [i] ad illis esset [k] retentum. tam autem a duce [l] confirmatum et ad omni populo Venecie constabilitum et conlaudatum est, ut in quinquaginta de numorum [m] Veneticorum libris [n] pro tributu [o] omnique regorum [p] persolvendum [q] fuisset. per hoc pacti preceptum [r] Karolus iste imperator confirmavit inter Italie et Venecie regiones [s] omnia [t] per ordinem consuetudinis marchedare [u] et negocium habere. monasteria duo, que ad ipsis [v] antiquiores Veneticis constabilitos [x] et edificatos [y] fuerunt, unum in Brendolis [z] ecclesiaque ad honorem [aa] archangeli [bb] Michaelis et altera ad honorem Sancte Trinitatis, cuius monasterium deditum [cc] est; alter vero monasterium, que ad honorem sancti Ilarii terre firmamenti [h] situm est; Altinensis et vetere Aquilegensis [dd] civitatis, que a paganis destructa fuit [ee], cum omnibus his [ff] pertinentiis predia immo [gg] et Istroa [hh] alia [ii] pars, tam autem Dalmatie civitates, ab sede [kk] autem comprehense [ll] antique Venecie usque Panonie fines terminande, que a Veneticorum per antiquam consuetudinem [mm] iusticie retinendum est prediis; totum autem hoc omnia

(a) *V* dominacione (b) *V* Ital. civit. (c) *V* imperatores (d) *S V* perfectum (e) *V* a pred. (f) *V om.* per totam - ad illo (g) *V* Gallorum Italie rex (h) *V* firmamentum (i) *V om.* et (k) *V* esse (l) *S* auduce *V* ad dux (m) *V* numero (n) *V* libras (o) *S* tributum *S corr.* (p) *V* regnorum (q) *S* prosolvendum (r) *V* persolvendum fuisset (s) *S* regionis (t) *V* omni (u) *V* conssuetudinem marchedarem (v) *V* at onorem ipsis (x) *V* constabillitum est (y) *S* edifficatos (z) *V* Brendulos que (aa) *S* que ecclesia ad *V* ecclesias que at honorem (bb) *V* archangellis (cc) *S* dictum *Sa* dedictum (dd) *V* aquileghieghensem (ee) *V* destructe sunt (ff) *V* omni ic (gg) *S corr.* ima *S* hymno (hh) *S* Istro *V* istoria (ii) *V* alias (kk) *V* dassade (ll) *V* comprense (mm) *V* antique consuetudo